



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorum

VD16 B 5530

Prima Conclusio. Ad torturam nunquam procedendum sine legitimis & sufficientibus indicijs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

Prima Conclusio. *Ad torturam nunquam procedendum sine legitimis & sufficientibus indicijs.*

PROBATVR ex L. Vnius. §. in ea. & L. fin. ff. de quæstionib. Bartol. & Marfil. ibidem, & idem in pract. Criminali. §. Constante. num. 27. & alibi. Iason in L. Si sic legatum. num. 24. ff. de legat. 1. Guido de Suzar. de indicijs & tortura. num. 28. & ibid. in addit. Ludou. Bologn. Paulus Grilland. in tract. de quæstion. & tortura. q. 6. Panormitan. in cap. Cùm in contemplatione. de reg. iuris. Iulius Clarus lib. 5. sententiarum. §. fin. q. 64. num. 9. Menoch. de arbitrar. iud. qq. 84. & alij communiter.

Atq; hæc Conclusio etiam obtinet in criminibus exceptis, vt in crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ, &c. Gloss. cum text. in L. Si quis alicui. C. Ad Legem Iul. Maiest. Cyn. Bald. & Salycet. ibidem. Marfil. in L. penult. ff. de quæstionib. Brun. de indicijs & tortura q. 5. 2. partis, Menoch. & Clar. loco citat. Ioseph. Mascard. de probat. vol. 3. Conclus. 1385. & hæc est communis sententia, vt post Brunum recentiores sentiunt. Quare & in hoc nostro crimine cõmunis regula fundata in L. 1. ff. de quæstionib. & in L. Maritus. ibid. à tortura non esse inchoandum, habet locum. Quæ autem, & quot, & qualia indicia requirantur, partim in superiori tractatu, secunda parte dictum est.

684 COMMENT. IN TIT. C.
est: partim in L. fin. latius explicabitur.

Secunda Conclusio. Si reus torquetur sine legitimis inditijs precedentibus, & crimen confiteatur, confessio talis non est efficax ad condemnationem, nec confitenti praeiudicat.

BARTOL. in L. penult. ff. de quaest. DD. in addit. ibid. Angel. & Paulus Castren. in L. Qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquirend. hæred. Ludouic. Bologn. post alios plures in addit. ad Guidon. de Suzar. de inditijs & tortu. num. 29. Roland. à Valle consil. 31. Mascard. loco cit. num. 5. Emanuel Soarez in thesauro recept. sent. verb. Confessio. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 55. & alij alibi. Quam sententiam etiam amplectitur Constitutio Criminalis Carolina in cap. 20. Dicitur in conclusione (sine legitimis inditijs præcedentibus.) Quia etiam si postea legitima indicia superuenirent, non tamen confessio ea tortura antecedenti indicia indebitè extorta, valida redderetur, & legitimaretur. Gloss. & Bartol. in L. Maritus. ff. de quaest. Alberic. ibid. qui dicit, quod ita tenent communiter DD. & aduocati. Ludouic. Roman. in consil. 167. incip. Antonius accusatus. Bald. in L. fin. C. de accusat. Decius in cap. At si clerici. col. 3. de iudic. Iul. Clar. lib. 5. q. 64. nu. 9. & alij passim alibi. Ratio, quia quod ab initio

1108